



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXXX. Amerina salviani. De revocatione seu remissione  
fideicommissi ordinati in testamento, an substineatur, si fiat in altera  
minus solejni voluntate. Et de fideicommissi exceptione dubia non ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

non esset in certum natura juxta magistralem traditionem. *Imola in l. Titia 134.* §. idem respondit ff. de verb. oblig. num. 10, circa med. & sequuntur alii, de quibus bene *Gratian*, discept. 470. num. 1. & discept. 509. num. 25. & sequen. & discept. 943. num. 4. *Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 10. num. 59.* & cap. 21. num. 13. *Rot. decis. 34. num. 17. par. 8. rec.* & non negar sed explesse admittit ac supponit *Surd. conf. 202.* in cuius auctoritate aliquae ex posterioribus decisio- nibus totum fundamenta constituere videntur, dum procedit cum distinctione, an ex primo actu jus quicunque esset necne, ad effectum retrotractio- nit, ac attendendi, ut tunc, & non ex nunc, vel e- cothra.

Nullitas dictæ p'ma conventionis erat dupli- citer clara, & nullatenus obligatoria; Primo ob non servatas solemnitates in actibus minorum, contra expressam dispositionem Statutorum habentium decreum annullativum; Et secundò ob expressam prohibitionem hominis contentam in dicto fideicommissio conventionali super alienatione bonorum, eorumque transitu ad ex-raneos, unde propterea promeo iudicio videbamur esse in cla- ritis.

A 1versus istud motivum in ultima decisione *coram Bourlemont*, cum qua pertransit alia *coram Ca- latina*, dicitur quod contractus minorum habent implicitum statum validitatis, atque earentur sunt nulli, quatenus ipsi eos impugnent, ac invalidos declarant, sicut autem ubi approbant; Hac tam- men responsio, etiam in sensu veritatis nullum fundamen- tum habere videbatur, tam in facto quam in jure; In facto siquidem, quoniam dum per in- strumentum postea celebratum minor convenit in oppositum ejus, quod in capitulis dicitur contigeri, ergo non approbat sed explesse improbat, ne- que alia verbalis improbatio desideranda videba- tur, dum aderat potentior improbatio factis; Mi- nusque de jure, quoniam dicta conclusio super im- plícito statu nullitatis actus minoris procedit in ter- minis juris communis, quibus attentis actus non est ipso iure nullus, sed rescindendus venit ope excep- tions ipso minore volente; Secus autem ubi nullitas provenit à jure municipalí habente expres- sum decretum annullativum, cum tunc habeatur pro omnino infecto, ita & taliter, quod ex veriori opinione quam tenet *Rota*, neque resulset obli- gatio naturalis in conscientia ex plene deductis deci- sis 80. par. 10. & decis. 98. par. 11. & bene ita distin- guendo *Gratian*. discept. 691. num. 2. cum sequen. Al- togad. jun. controv. 14. num. 27. apud quos ceteri, atque cum hac distinctione proceditur in celebri decisi. 108. *Surdi* super questione, an nullitas alle- garipossit à tertio, in quibus terminis minore non opponente, sive eo defuncto, verè ac propriè in- trat hanc inspectio, non autem adversus ipsummet minorem; Et clarius quia Statutum *Bononia lib. 2.* de contract. minorum, s. & si que cessiones, ad litteram tollit hunc implicitum statum, atque declarat actum invalidum etiam minore volente.

Ulterius ista inspectio cadit, quando ageretur de validitate vel invaliditate actus, eoque substi- nendo vel infirmando ex sola dispositione juris; In praesenti autem invaliditas, ac defectus potestatis principaliter ponderabantur pro regulanda voluntate ac interpretando unam vel alteram conventionem, ita præmissa omnia tam voluntatis quam potestatis simul combinando, utrumque alterum co- adjuvaret.

Magnum fundamentum in posterioribus deci-

sionibus constitui videtur in motivo inæqualitatis, ac magna læsionis alias resultantis, ex qua in hac materia vehemens conjectura remissionis fideicom- missi per divisionem resultare solet, ut in *disputibus 202.* *precedentibus*, quasiquod *Franciscus* magnam quantitatem bonorum liberorum, ita conferendo, obti- neret solum in bonis fideicommissariis vel emphy- teuticis, ad quotum participationem admissus fuit, commoditatatem seu fruitionem vitalitiam cum magna inæqualitate, ac læsione; Verum istud videba- tur satis leve argumentum, Tum quia id negabatur in facto, Tum etiam quia magnum fuit emolu- mentum honorificum, ac pretio inæstimabile, ut naturalis tantum admitteretur cum legitimo ad æ- qualem successionem ex investituris & fideicom- missi solis legitimis debitam; Ac etiam quia dictus *Franciscus* ut supra in florida ætate & valetudine constitutus habilis erat ad filiorum procreationem, atque poterat commodum affequitionis omnium bonorum per mortem *Joannis* absque capaci succ- tesse.

Ex his autem resultare dicebam bonum jus ha- jus pat'is, etiam si causa esset nova, ex integro di- sputanda & decidenda, adeoūt si nullis decisioni- bus adhuc editis, pro veritate consultus fuisset, forsitan probabilis pro hac parte potius respon- disse, multo magis credebam non potuisse, nec de- buisse ex his retractari res sententias Rotales præ- viis novem decisionibus emanatas, ac etiam ca- nonizatas per *Signaturam*, & executioni demandatas; Et sic ubi hic posterior intellectus datus fuisset ab initio & ex integro, tunc transeat, sed ita retractare tot decisiones & sententias jam facientes statum ac speciem legis, id non de facilis intel- lectu captivare poterat, Adhuc tamen intrat sa- pius insinuata ratio affectionis, quæ *Advocatorum* intellectum fascinare solet. Ideoque proprium sen- tum solum exprimendo, aliis relinquo judicium su- per veritatem.

## AMERINA SALVIANI

P R O

AGABITO ET ALIIS DE JAN.  
FELICIBUS

C V M

V V L P I I S.

*Causa disputata coram A. C.*

De revocatione seu remissione fidei- commissi ordinati in testamento, an substineatur, si fiat in altera minus solemnni voluntate.

Et de fideicommissi exceptione du- bia non retardante iudicium Sal- viani.

## DE FIDEICOMMISSIS

SUMMARIUM.

1. Acti series.
2. Testamentum conditum coram Parocho & testibus dicitur scriptura privata, qua eget publicatio.
3. Etiam ex adminiculis deservat scripture informi testamenti.
4. Per consuetudinem remitti possunt solemnitates requisietae in testamento.
5. Archivium dat robur scripture, vel illam adminiculat.
6. Observantia dat robur scripture testamenti.
7. Etiam informis, & non solemnis dispositio sufficit pro revocatione fideicommissi vel testamenti ut succedant venientes ab intestato.
8. De testamento calore iracundie remisive.
9. Exceptio fideicommissi dubii non impedit iudicium Salviani.

DISC. CLXXX.

**N**erius Vulpius, institutus hæredibus S:ephano & Bartholomæo filiis, quoddam fideicommissum ordinavit in testamento nuncupativo coram Notario & testibus ad formam juris civilis, deinde verò aliud condidit testamento coram Parocho, & duobus testibus juxta formam juris canonici, in quo narrando fideicommissum in priori testamento ordinatura fuisse calore iracundiae, illud remisit, eisdem filios libere instituendo, seu primam institutionem confirmando, atque istud à Parocho repositorum fuit in publico Archivio loci, dictique heredes patre mortuo libere de pluribus bonis hæreditatis disponuerunt, & præsertim imposuerunt censum ad favorem auctoris Agabiti, & Joannis Antonii de Janfelicibus, quibus petentibus coram A. C. predicti census fructibus immitti in remedio Salviani ad bona prædiorum impositorum obvenientium à dicto testatore contra eorumdem filios & possessores, ab ipsis excipiebatur de fideicommisso ordinato in priori testamento, atque allegantibus auctoris revocationem ex dicto secundo testamento.

Scriberetis pro teis, non negando quod haec forma testandi in Statu Ecclesiastico procedat etiam in causis prophanis, insistebant in eo, quod necessaria esset publicatio ejusdem testamento mediante examine Parochi ac testium, ut per Decimum conf. 120. numer. 1. & alios apud Honded. conf. 26. num. 8. & sequen. lib. 2. Paitell. expedit. 92. num. 11. Rot. des. 126. num. 3. & 4. par. 6. rec. Romanæ testamenti 4. Februario 1660. coram Verospio, Replicando ad confil. 51. Parisij numer. 4. & sequen. lib. 3. cum quo perranslent Valase, consult. 74. num. 10. & Magdalene de num. testimoni par. 2. cap. 8. num. 11. ut procedat, quando parochus est etiam notarius, ut erat in casu Parisij.

His non obstantibus, scribens pro auctoris pariter econtra non negando dictam propositionem, quod scriptura confecta per Parochum non Notarium dicatur privata, ideoque egerat publicatio judicis mediante examine ipsius Parochi & testium, circa quorum dictum tolet etiam regorose procedi, juxta ea qua habentur in Tudorina, & in aliis sub tit. de testamento; Dicebam tamen in hac facti specie, quod ubi etiam ageretur principaliter de secundo testamento revocante primum, in quo diversa persona instituta esset, sive de unico adiuvante successionem legitimis hæredibus ab inte-

stato venientibus, ut extraneis deferente, ita probabiliter dici posset, istud vim rethorica thenticis habere ex pluribus insinu collectivis derandis cum regula, ut singula que non pugnat cum qua in antiquis ut in presenti, cum eius testamentum conditum de anno 1619, etiam transumpto, vel informi scripture relatum ferendum esse firmant. Neviz. an. conf. 24. m. sequen. Menoch conf. 924. num. 28. 39. de primogenitura lib. 3. cap. 13. num. 49. & habet dicta sua materia sub. tit. de testamento, predicta Bononien, de Dosis.

Plura verò in hac facti specie concordatatem convincentia, & ex quibus ista scriptura quam publica habenda esset; Primo scilicet in suetudo loci etiam immemorabilis per plures benè probata, quod Parochus pro Notario tur, ac tanquam talis rogare se solerat testis, quæ ad instar rogatorum per alios Notarios que alia publicatione reponuntur in Archivio que fidem & observantiam habent, comprehendit testium cum pluribus testemnum in centum annis circiter, atque ex ipso tempore in Archivium formiter teperi confidit, concurrit executione ac observantia, qua confunditur ordinaria vel ad summum quadraginta in proposito sufficiens viderat, cum veremur potius accidentia, multò magis accidente immemorabili cuius vigore etiam privilegium Apollonius quicunque aliis meliori titulus allegandi ultra generalia, in specialibus terminis certis per quam cesset necessitas solemnitatis Cavalier. dec. 497. num. 1. & sequen. Rota. 1. numer. 3. & sequen. par. 7. rec. Merlini. 1. alias decis 355. par. 5. recen. & in dicta sua auctoritate. de testam.

Secundò ob fidem resultantum ab auctoritate quod juxta unam opinionem tribuit robur scripturae privatae, eamque facit publicam, letique sit de hoc, quod plura requisita erigunt, neque potest, quin inducat vehemens administratio presumptionem ex deducis per Aden. ad b. c. 657. Rota in Tyburtina Castris S. Angelis. 1. num. 1. coram Melito, & in aliis.

Tertiò propter observantiam, dum filii auctoris jure secundi testamenti bona patrum possidentes libertate illis disponere conferunt, quod facere non potuerint sine delicto, si secundum testamento non esset verum; Licet enim solum, & de per se nullam inducat problemum, facit tamen adminiculum, ut apud Gregor. dec. 11. num. 13. & est recepta proprie generali quod observantia dat robur scripture etiam si formam

Quartò quod versabatur inter filios, inter quos etiam imperfecta voluntas sufficit, quia in causa dicitur potius distributio quām dispositio auctori, garem textum in §. ex imperfecto & in finit. quod in testam. conficiantur, cum factis notis concordantibus, quiesces non urget difficultas resultans ab incongruitate.

Dicebantur autem hec ad superabundantem præter tamē cause necessitatē, dum in scriptura inspectio cadit, quando principia qualitativa per substantia ipsius testamenti, cuius vigore in cesso primo hæredi testamento, five legato adiuvatur, ut alteri deferatur; Secus autem in controversia, in qua substantia disputatione in institutionem nullam recipiebat immunitatem, sed solum agebarunt de remittendo testamento, onus fideicommissi, quo casu planum videtur.

lēcūmque dispositionem sufficere, ut punctualiter firmatur per Rotam apud Gregor. dicta decisi. 446. num. 12. Si enim ubi ageretur de omnimoda revocatione prioris testamenti confessi ex aliqua indignatione erga successores ab intestato juxta unam opinionem magis probabilem canonizatam per Rotam apud Greg. dicta decisi. 446. & de qua ceteris relatis apud Fontanell. decisi. 50. sufficit etiam non solemniter declaratio revocationis testamenti pro decessu ab intestato, non obstantibus deducētis per Gratian. discep. 558. & 763. ut potest scriptis in dicto casu, in quo contraria prodiit resolutio, de qua in dicta decisi. 446. Gregorii, unde propterā intrat vera propositio, de qua Franch. decisi. 260. num. 5. & 6. quod quando allegant auctoritates Confulentium, seu sub nomine disceptationum, vel controversiarum scribentium ad causam, oportet indagare decisionem in eo casu editam, & advertitur in dicta sua materia sub ita de testamento, praeferunt in una Farfam. Multo magis, ubi non immutata substantia, firmoque remanente priuori testamento, agitur solū de remissioni servitutis & oneris, ut juxta naturae ordinem bona filii libera remaneant, potissimum verò stante expressa declaratione, quod istud onus adjectum est calore iracundiae, ex quo dispositio neque obligatoria est ex plenē deducētis per Alzograd. conf. 55. lib. 1. Quidquid enim sit de ista conclusione, que plura exigit raro verificabila, ut ad proxim ducatur, ut advertitur in dicta sua materia sub ita de testamento, in Romana testamento de Ludovisiis, ubi agitur de hoc punto nullitatis testamenti confessi calore iracundiae, atamen negari non potest, quod ubi de hoc non agitur principaliter, sed ita incidenter atque pro solo admiciculo veritatis, id sit nimis considerabile.

Et nihilominus, ad effectum de quo erat disputatione, sufficiebat ex his dictam exceptionem fideicommissi non esse omnino claram, sed aliquatenus dubiam, ac altioris indagationis, ut propterā aptatione esset impeditum hoc possessoriū interdictum, ut in specie firmatur apud Seraph. decisi. 1200. num. 6. apud Buratt. decisi. 853. num. 3 decisi. 174. num. 16. par. 11. rec. & frequenter; Clarius verò addita alia turbiditate ab eo resultante, quod posito etiam dicto fideicommissio pro certo, nisi doceretur de praecedenti consumptione legitimæ & trebellianicæ, & crediti dotium maternarum, in istas derrogationes hac alienatio refertur, & consequenter posito etiam fideicommissio sublinetur juxta satis vulgarem, & quotidiana regulam deducētis ex L. Marcellus ff. ad Trebell. de qua per Adden. ad Greg. decisi. 580. & passim, cum nīl in Rota & Curia frequentius.

## BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE PIATESIIS PRO COMITIBUS PIATESIIS.

*Responsum pro veritate.*

*De cessatione fideicommissi ob ann.*  
*Cardin. Luca de Fidelcom.*

nullationem vel rescissionem testamenti ex causa exhaeredationis, vel præteritionis filiorum susceptorum ex secundis nupiis post testamentum contractis, ad materiam text. in Auth. ex causa C. de liber. præterit. Et quid de legatis, & fideicommissis particularibus.

S V M M A R I V M.

1 Atti series.

- 2 Filiis suscepti ex secunda uxore habita post testamento dicuntur ignoranter præteriti.
- 3 De informatione fideicommissorum universaliū & particularium, ac etiam legatorum ob præteritionem ignoranter.
- 4 Quid ubi agitur de gravamine injuncto aliis filiis, & num. 6.
- 5 De auth. ex causa, an procedat in fideicommissis universaliū, sicuti in particularibus, & in legatis.
- 6 Declaratur conclusio, de qua num. 4.
- 7 Vbi testator procreatus filius potuit mutare testatum, & non fecit quæ conjectura eximēt ex filiis.
- 8 De rationibus, que considerari possunt, cur filios natos gravare voluerit, & non nasciuros.
- 9 Contemplatio agnationis facit, ut sublineantur gravamina filiorum postea susceptorum.
- 10 De supplicatione voluntati testatoris, quia minus scriptum quam volitum.

D I S C . CLXXXI.

A Lexander de Piatelis mortua prima uxore, in statu viduitatis existens, solumque habens filium Octavianum Franciscum Mariam, condidit testamento, in quo dictum eius filium, omnesque ejus descendentes masculos instituit & substituit, atque defecta præfati ejus filii linea masculina, vocavit Pistoilam ex Carolo fratre neptem, & post eam ejusdem Pistoilam primogenitum cum successivo fideicommisso in infinitum, dictisque primogenitis non extantibus, vel eorum linea defecta vocavit Josephum Antonium, & Andream fratres de Bolognetris, omnesque eorum descendentes masculos in infinitum sub gravamine habitandi in domo, ac assumendi cognomen & armam testatoris pro conservatione Calatae; Addita etiam prohibitione alienationis repetita ratione conservationis bonorum, ac substantiationis casata in omnibus sub pena caducitatis; Cum autem postmodum testator convolasset ad secundas nuptias, ex quibus habuit superstites duos filios masculos, nempe Carolum Mariam Nicolaum, & Octavianum Antonium Mariam; Hinc dubitati contigit, an per istorum nativitatē tuptum esset dictum testamentum, ita ut bona remanerent libera penes filios dicti secundi matrimonii uti venientes ab intestato, & solū superstites, stante obitu filii ex primo matrimonio, vel potius censerentur dicto fideicommisso etiam gravati.

Deluper autem pro veritate consultus, Respondeo videri pro exclusione fideicommissi bonorum que libertate respondendum esse, dum filii ex secundo matrimonio nati, absque dubio dicendi erant

N n igno;